



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

15. In Festo S. Matthiæ, tripart. Tu Domine qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii & Apostolatus, de quo prævaricatus est Iudas, ut abiret in locum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

pletate, & amore in Christum, multos lactavit fortificavit, enutrivit, quasi mater fecunda. Et adhuc hæcenus lac illud censetur fluere in os eorum, qui ejus exemplo ad pietatem moventur, & quasi modo geniti infantes, sine dolo lac puritatis adamant & pietatis. Exteriores autem mamillæ corporis speciali adornabuntur gloria tota æternitate, quia in his pro Christo passæ est: & in hoc tempore lac dabunt specialis consolationis & intercessionis mulieribus istis, quæ torquentur in mamillis, quamdiu ad eam refugium sunt habiturae.

Itaque ad ultimum usque spiritus fortis fuit mulier hæc & virgo, sive coram Tyranno primum presentata, sive in carcerem conjecta, & colaphis cæsa, sive in equuleo suspensa, sive lamina ardentibus tosta & torta, sive in mamillarum gravissima super omnes tortura. Nec igitur hic locus est illi interrogationi: *Mulierem fortem quis inveniat?* Inventa plane est, & hic exhibetur omnibus spectabilis & admiranda. Spectaculum fuit Deo, Angelis, Hominiibus, Dæmonibus, B. Agatha gloriosissime certans. Deo quidem, tanquam agonis supremo Iudici & Remuneratori, Angelis, tanquam ejus Ministris Virgine animâibus & adjuvantibus. Hominiibus, tanquam spectatoribus, exemplum & animum ad bene curandum & dimicandum ab ipsa sumentibus. Dæmonibus, furorem Tyranni & ministrorum ejus succedentibus, ut mulierem & virginem fortem superare possent. Simus & nos animis spectatores fructuosi, ut hic discamus fidem, castitatem, charitatem cum constantia & fortitudinem tuam ad extremum usque spiritum. Discamusque hic regnum celorum vim pati, & patiente acquiri, quandoquidem & Petrus cruce, & Paulus gladio, & Laurentius craticula, & Stephanus lapidibus, & tot Virgines tam acerbis tormentis illud emere voluerunt: ita ut Catharina rotam, Lucia ignem, Barbara gladium, Agatha laminas ardentibus, & mamillarum abscissionem parum æstimator, si modo per hæc ad regnum æternum pertingere valerent. Amen.

IN FESTO S. MATTHIÆ.

Lact. 15. Tu Domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii & Apostolatus, de quo prævaricatus est Iudas, ut arberet in locum suum. Act. 1.

Pars I. Quod Hieremias olim à Domino dictum fuit: *Descende in domum figuli, ubi audis verbum meum, id nobis hodie etiam dici videtur: & descendi, inquit Hieremias, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas quod ipse faciebat à luto in manibus suis. At non hic stetit. Quid ergo? Convertere fecit vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus.* Tomus 16.

Ecce hodie in die monemur à Domino ingredi mente & consideratione in domum suam, & considerate quæ aguntur ab ipso tanquam supremo figulo circa vasa electionis vel reprobationis, quæ utraque è luto formata sunt.

Nonne Iudas Apostolus tanquam vas speciosum manu Domini è luto edictum erat, ut serviret mensæ eius ad cibum electum cerimus vas istud, confictum, conculcatum tanquam lutum inutile, projectumque in locum suum, in cloacam foridam inferni. Veruntamen vide providentiam & sapientiam Figuli. Conversus statim fecit vas alterum, prout placuit in oculis suis, & substituit in locum prioris. Hoc fecit, dum Mattheum ad Apostolicam dignitatem loco Iudæ reprobis evertit statuens illum quasi vas in honorem loco vasis degenerantis in contumeliam, ut serviret ad obsequium, cibum, potumque electum celestis doctrine fidelibus exhibendum. Sic Domine Deus omnia operaris secundum consilium voluntatis tuæ: ita placitum fuit ante te; hæc est altitudo sapientiæ & scientiæ tuæ: Tu potestatem habens luti: *Ne ex eadem massa facias aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam.*

Consideranda autem hic est divina providentia & sapientia, quæ solet loco illorum qui è sublimi gratiæ statu corruunt, alios substituere, ut gratiam & gloriæ coronam adipiscantur ab eis deperditam. Propterea monet: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Quem locum sic interpretatur Rupertus: *Tu in humilitate firmo pede consistis, ne moto pede corruas; corruendo coronam tibi preparatam amittas & alius tibi succedens eam accipiat.* Propterea etiam dixit Iob: *Conteris multos, & stare facies alios pro eis: novit enim apera eorum, & ideo induxit noctem, & conterentur.* Quem locum explicat S. Gregorius de illis quos divina providentia permittit cadere, pro quibus solet alios erigere.

Sic loco Angelorum eadentium, homines substituit, qui eorum locum occuparent, & ruinam restaurarent, ita ut dicat S. Aug. civitatem Ierusalem nulla numerositate civium defraudandam. Propterea probabilis est sententia quorundam Theologorum, totum numerum lapsorum Angelorum per homines esse restitutum. Immo probabile est ex omnibus Ordinibus Angelos aliquos cecidisse, & sic etiam assumendos aliquos ex hominibus ad singulos Ordines Angelicos, quod ipsum probari videtur ex diversis gradibus gratiæ, quæ in hominibus cernitur.

Sic loco Iudæorum, gratiæ & gloriæ sibi preparatam à Christo repudiantium, Gentiles eliguntur, pro quibus MARIA Deipara in suo cantico cecinit: *Receit potentiam in brachio suo, dispersit super bos, & exaltavit humiles.* De qua re etiam longe antea prophetice cecinerat Anna Samuelis Mater: *Sterilis peperit plurimos, & qua multos habebat filios, infirmata est. Cui conformis est illud Isaie: Lacere Isai. 54. Sterilis*

Ephes. 1. Matth. 11. Rom. 11.

Apoc. 8.

Iob 34.

Loco Angelorum homines substituit.

S. Thom. 2 p. 2. q. 36. art. 9.

In locum Iudæorum

Gentiles

vocatis.

Luc. 1.

1. Reg. 2.

1. Reg. 2.

1. Reg. 2.

sterilis qua non parit, quia flores filii deserta quam
eius qua habet curam. Quod de Gentilitate fecunda-
data per Christum, & filios electionis pariente, re-
probata jam Iudæa, rectè intelligitur. Vnde & A-
postoli Iudæis dicunt: Quia indignos vos præstatis
aeterna vite, ecce convertimur ad Gentes. Excussio
ergo pulvere pedum in eos, quia verbum vitæ re-
pellabant. Evangelii lucem & gratiam Gentibus
invererunt, quos Deus loco Iudæorum elegerat.
Sic etiam testantur Ecclesiastica historice, non-
nullis in locum furrogatis divina electione, ut testatur
Brevariarius Romanus q. Martij, Item Sappieii Pres-
byteri Antiocheni post tormenta tolerata resiliens
coronam accepit Nicephorus Laicus, offerens se for-
tyter Tyranno & tortoribus ad omnia tormenta,
prout eius habet vita q. Februarij.

In locum
deficien-
tium in
marty-
rio alij.

Bona-
in vita
Franc.

Doctri-
lapis, do-
ctores,
alios sur-
rogati.

Matth. 23.
Præval-
re heresi,
fides alio
translata.

In locum
Iuda sus-
fectus S.
Matthias,
Psal. 108.
Act. 1.

Propterea etiam S. Francisco anxio dum non-
nulli ab Ordine suo deficerent, dixit Dominus:
Quid angeris Franciscæ; cum fratrum quispiam vel
ordinem deserit, vel in Ordine scandalum suscitavit,
Ego gregis tui rector sum, ego ad poenitentiam vocavi,
ego ad Ordinem perduxi, ego retinebo & servabo. Ego
illis cadentibus alios erigam. Si unus ad vomitum
redeat, ego in eius locum aliterum excitabo qui illius
coronam accipiat; isque si nondum natus fuerit, effi-
ciam ut nascatur. Hoc ipsum videmus factum fre-
quenter in Ecclesia Dei: nam labenti Tertulliano,
Deus Cyprianum surrogasse creditur, Origeni Cy-
rillum, Ruffino Hieronymum, Pelagio Augusti-
num. Id ipsum eluxit eo tempore quo fides exulare
cepit, multis deficientibus in Europa per hæreses:
quia tunc fidem Deus in novum orbem transtulit
ubi suos elegit, qui eam cum gaudio exciperent;
ita ut adimpletum fuerit illud: Auferetur à vobis
regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum. Quid
est auferetur regnum Dei id est, auferentur dona
spiritualia, fides scilicet & vera Dei cognitio, per
quæ regnat Deus in anima, & gratia divina, hisque
respondens corona & gloria. Quid ita? Quia
indignos vos præstitistis, ideo alios surrogaturus
sum, & quia invitati ad nuptias neglexistis, mittam
servos ad exitus viarum ad sepes & montes, ut alios
compellant, etiam cæcos & claudos.

Sic denique in locum Iuda, in eius Apostolicam
dignitatem & correspondentem illi coronam, sus-
fectus est Matthias, prout de eo propheticè pro-
nunciatur ad Plaltes: Etiam dies eius pauci, & Episcopatu-
m eius accipiat alter, Quem locum interpretatur
de Iuda S. Petrus. Toto enim illo Psalmo David
imprecatu acerba Iuda proditori in typo Doeg,
proditoris sui apud Saule, ut explicat S. Augustin.
& alij Patres. Vnde & Plalmus iste adeo plenus est
maledictionibus, ut aliquot tor enumerent in illo
maledictionibus, quot Iudas accepit argentos ut
Dominum venderet. Facti sunt autem dies eius

pauci, quia paucis horis proditori suæ supervixit:
nam paulo post abiens se suspendit, omni maledi-
ctioni obnoxius factus; poenæque peccatis suis
condigna punitus. Attende poenæ varias. Quia fur
erat, suspendus fuit: quia proditor, crepuit medius,
quasi in partes divisus & distractus: quia Simonia-
cus vendiderat rem sacratissimam, omnique pretio
superiorem, extra cæmeterium sepultus fuit, quasi
excommunicatus: quia ore impio Salvatoris oscu-
latus fuerat, sine gutture ei constructam
fuit, ut gutture per quod vox proditoris exierat, la-
quei nodus necaret, inquit Beda: quia desperavit,
aeternæ damnationis cum diabolo & Angelis eius
est adductus. O quot maledictiones! O quot poe-
næ horribiles multiplicis egredi non meruit, quia
Abiit ergo in locum suum Iudas, hoc est, in infer-
num perditionis & desperationis promeritum; Epi-
scopatum eius accepit alter, hoc est præfecturam
& superintendentiam, & dignitatem scilicet Apo-
stolicam.

Varia In-
da poena.

Beda

Act. 1.

PARS II.
Cui in lo-
cum Iuda-
Matthias
electus
Sap. 11.

Figura 12.
Apostolorum
Exod. 16.

VT verò specialius hic agnoscatu Dei provi-
dentia, quæ in sui dispositione non fallitur,
considerandum est quod ipse omnia in numero,
pondere & mensura disponere solitus sit, non so-
lum in ordine naturali, sed etiam in ordine super-
naturali. Ideoque non sine mysterio numerum duo-
decim Apostolorum constituerat, quibus & pon-
dus gratiæ dignitati correspondens, & mensuram
spiritus vocationi & electioni, officioque tanto
congruam providerat. Ideo huius mysterii duodenarii
multæ olim figuræ præcesserant.

Primo quidem, duodecim Fontes reperti in de-
setto, hos duodecim Apostolos designabant, per
quos aqua doctrinæ Evangelicæ in univertum
orbem, tamquam desertum sterile erat effundenda.

Secundo duodecim Patriarchæ filii Iacob, à qui-
bus omnis Dei populus descendebat, hos duodecim
fidei Patres præfigurabant, à quibus omnium est
origo fidelium. Similiter & duodecim Principes
populi Tabernaculum & Arcam circumstantes,
duodecimque Exploratores, ad terram promissio-
nis explorandam destinati, quibus populus debebat
adire possessionem. Quapropter illud de Apосто-
lis dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, con-
stitues eos Principes super omnem terram. Quali di-
catur: O Ecclesia, pro Patriarchis habes eorum
filios tibi gentes, Apostolos scilicet qui & Duces
erunt populi, & Principes terræ, possessionem Or-
bis adituri, juxta promissionem illam: Dabo tibi Psa-
l. 22.
gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam termi-
nes terra.

Tertio, eosdem designabant duodecim Leones 3. Reg. 10.
Thronum Salomonis utrimque sustentantes. Quia
Apostoli Ecclesiam tamquam Thronum veri Sa-
lomonis sustentarunt, & adversus hostes tutati
sunt, rigiturque suo Orbem pervaserunt.

Quarto, hos quoque præjudicabant duodecim
Lapides Exod. 28.

Lapides pretiosi, in Rationali summi Sacerdotis ad peccatus ordine dispositi, cui inscriptum erat: Doctrina & veritas.

Apo. 11. Quinta. in Apocalypsi cernuntur duodecim fundamenta Civitatis Dei, in quibus inscripta dicuntur nomina duodecim Apostolorum Agni.

Apo. 12. Sexta. Duodecim Stellae emicant per modum coronae dispositae in capite mulieris Apocalypicae, quae amictus est Sole, & Lunam pedibus substitutam habet. Designat autem illae ecclesiam, quae in suis initiis mirum mutuari splendorem ex sanctitate, doctrina, miraculis Apostolorum, ita ut eam decorarent velut duodecim sidera fulgidissima. Alias figuras duodenarii huius numeri praetereo.

Interim Apostolo Iuda corruente, nonne unus ex duodecim fontibus cernitur exsiccatus? Nonne unus ex duodecim Leonibus thronum sulcipientibus, in ruinam cum detrimento throni est prolapsus? Nonne unus ex duodecim Lapidibus pretiosis & Rationali est excisus, & obscuratus? Nonne unum ex fundamentis civitatis Dei emotum est & excisum? Nonne una ex stellis caelestis dictae mulieris in abyssum cecidit? An ergo positum & dispositio Dei arte diaboli evacuata est, aut mutila effecta, ut mysticum suum non assequatur numerum ad initio praefinitum abstitit. Potens est alium fontem subfittere, & copia gratiae ac doctrinae adimplere. Potens est Leonem Throno sulciento subrogare. Potens est Lapidem, aequè pretiosum loco excili pectori suo suffigere. Potens est aliud Fundamentum stabilire, & aedificium suum intemperarum reddere. Potens est Stellam fulgidiorum in capite caelestis mulieris disponere. Denique, potens est alium Ducem populo suo praeficere, ut in nullo deficiat mysticus numerus a se certa ratione definitus.

Hogia S. Matthea. An non hoc ipsum effecit, dum Matthiam loco Iudae substituit populi Ducem, doctrinae Evangelicae Fontem, Leonem verbo & zelo rugientem, Lapidem pretiosum Doctrina & Veritate splendidissimum, fundamentum Christianae Religionis inconcussum, Stellam fulgidissimam in capite Ecclesiae radiantem? Honoramus ergo hodie divinam hanc Apostoli Matthiae electionem, laudibus, hymnis, canticis. Deploramus interim Iudae horribilem adeo casum. Cui cum admiratione dicere possumus illud: Quomodo de caelo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris! Tu inter Astra matutina vocatus, in Collegio Apostolico quasi in caelo constitutus fueras, ut verbi divini, veritatisque & gratiae lucem toto Orbe circumferres. Tu legatione fungebaris pro Christo, Tu inter lapides ignitos & pretiosos ambulabas & promicabas. Hec, quomodo obscuratum est aurum tuum, mutatus est color optimus: Quomodo dispersus es, o lapis Sanctuarum, & reputatus es in vas testium, quod aeternum operiri debet incendium? Quomodo demigrata est facies tua super carbones, qui inter filios Sion inclytos & praefulgidos etas connumerat.

Iai. 24. Quomodo de caelo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris! Tu inter Astra matutina vocatus, in Collegio Apostolico quasi in caelo constitutus fueras, ut verbi divini, veritatisque & gratiae lucem toto Orbe circumferres. Tu legatione fungebaris pro Christo, Tu inter lapides ignitos & pretiosos ambulabas & promicabas. Hec, quomodo obscuratum est aurum tuum, mutatus est color optimus: Quomodo dispersus es, o lapis Sanctuarum, & reputatus es in vas testium, quod aeternum operiri debet incendium? Quomodo demigrata est facies tua super carbones, qui inter filios Sion inclytos & praefulgidos etas connumerat.

Iren. 4. Quomodo de caelo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris! Tu inter Astra matutina vocatus, in Collegio Apostolico quasi in caelo constitutus fueras, ut verbi divini, veritatisque & gratiae lucem toto Orbe circumferres. Tu legatione fungebaris pro Christo, Tu inter lapides ignitos & pretiosos ambulabas & promicabas. Hec, quomodo obscuratum est aurum tuum, mutatus est color optimus: Quomodo dispersus es, o lapis Sanctuarum, & reputatus es in vas testium, quod aeternum operiri debet incendium? Quomodo demigrata est facies tua super carbones, qui inter filios Sion inclytos & praefulgidos etas connumerat.

tus! O quam horribilis quamque execrabilis mutatio!

Sed docuit nos Iudas hoc casu, quomodo nemo sibi unquam debeat praefidere, quin potius cum humilitate & timore gratiae Dei inani, eamque conservare. Docuit nos, quò altior est gradus, eo & ruinam graviores ac horribiliores esse. Denique, docuit nos, nullam statum quantumlibet sublimem & sanctum secutum esse, quandoquidem & statum Apostolico, & fastigio sanctitatis, & schola Filij Dei & Sapientiae aeternae, & sublimi Ecclesiae caelo & seculo ita turpiter corruit; & qui videbatur Vas divinae electionis, factus est illicidus, sicut gehenna & aeterna perditionis. Quapropter cum scandalum aliquod reperit fuisse in S. Augustini Collegio, seu Monasterio, dicit ipse Epist. 136. inter alia. *Quantumlibet vigilet disciplina domus mea, homo sum, & inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quàm cohabitatio ipsius Domini IESU Christi, in quo cum unicecum bonis perfidus Iudas est inventus. Aut melior sit quam ipsum caelum, unde Angeli reciderunt.* Adjicit postmodum notabile documentum & experimentum hanc rem concernens, dum dicit: *Simpliciter fateor charitati vestra coram Deo qui testis est super animam meam, ex quo servus Dei cepi, quomodo difficile expertus sum meliores, quàm qui in monasterio profecerunt, ita non sum expertus peiores quàm qui in monasterio ceciderunt: ita ut hinc arbuter in Apocalypsi scriptum, iustus iustus sit & fordidus fordidus fordescat albus. Quapropter estis contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amaram torcularia detestari, unde apotheca Dominica fructu olei luminisioris impletur.* Haec ille.

Sicut verò defectio Iudae in documentum nobis cedit, ut de malo bonum eliciamus ejus peccato timorem nobis proficuum concipiamus; ita & provectione Matthiae ad doctrinam quoque nobis subservit. Docet enim in primis quomodo divino nihil nocere possit consilio & dispositioni, quia novit qua via & ratione possit propositum suum ad effectum deducere quoad electos suos, eorum numerum adimplendo, ita ut nullus huic numero defuit quem voluerit adnumerare. Vnde sciebat Petrus hanc esse divinam ordinationem, ut alius locum Iudae suppleret, & mysticum duodenarium Apostolorum adimpleret. Quapropter novellam Ecclesiam spiritu Dei congregatam sic alloquitur: *Viri fratres, oportet impleri scripturam quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Iuda, qui connumeratus erat in nobis & sortitus est sortem ministerij huius, &c. Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati, septem resurrectionis, fieri unum nobiscum ex istis, &c.* Viterius docet nos haec Matthiae provectione ad Apostolatam, quomodo humiles elegit Deus. Nam Bada cum nonnullis existimat, quod nomen *Matthias* idem significet Hebraeis quod *Parvus Dei*, quodque ob humilitatem evectus sit ad Apostolatam, ab illo qui humilia respicit, &

Iuda casus quid docent.
1.
2.
3.

Quid nos Matthiae electio doceat.
R. 1.

Apo. 11.

R. 2.

Psal. 139.

alio à longè cognoscit. Propterea in hodierno eius festo proponitur illud Evangelium: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terre, qui abcondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.

Matth. 22.

Denique docet nos Matthiæ electio & evectio. Deum ex beneplacito suo, non ex meritis nostris, ad sublimem gratiæ statum quos vult eligere. Quapropter vocatur Sors à S. Petro, dum dicit: Sortitus est sortem ministerii hujus. Nempè hæc dignitas Apostolatus contigit Apostolis non ex jure aliquo aut merito, sed ex dignatione Dei & gratia, ex eoque beneplacito: Ita Pater, quia sic placitum erat ante te: ex parte autem Apostolorum fuit velut quedam sors felicissima, quasi Deus jecisset aleam, jactulque felix in eos incidisset, cum nullum ad id haberent ipsi meritum. Hoc modo etiam dicit Apostolus nos ad fidem & gratiam Christi sorte quidam vocatos esse. Dignos nos fecit in partem sortis.

Coloss. 1.

Sanctorum in lumine. Et iterum: In quo nos sorte vocati sumus, secundum propostum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Itaque ex Dei benevolentia æterna, tum erga Matthiam, tum erga plebem suam, facta est ista provectio; quia delevit Deus certum numerum salvandorum per eum promovere ad salutem, & per ejus prædicationes & labores convertos coronare; ita ut illi modò agent propterea, gratias Deo in cælis de electione hujus Apostoli, & non ob eandem causam ejus laudes decantamus in terris. Quocirca nomen Matthiæ idem esse Hebraicè quod Donum Dei, vel Donatum à Deo, multi ex Hebræa editione interpretantur. Hinc etiam gratias agere solebat Deo Carolus Quintus, quod natus festo S. Matthiæ, sortem imperii felicitatisque & victoriarum Dei dono obtinisset.

Pars III.

Quam commendabilis fuerit electio Matthiæ. Ex parte eligentium & modi electionis.

Sed quoniam memorabilis fuit hæc electio S. Matthiæ, de qua in hodierna Epistola ex Actis Apostolorum, particulares illius circumstantiæ dignæ sunt consideratione, est enim commendabilis ex tribus: 1. Ex parte eligentium & modi electionis. 2. Ex parte Dei electionem dirigentis. 3. Ex parte electi sese Deo & Collegis submittentis. Primo ex parte eligentium; quia fuisse Apostoli & ceteri fideles (quorum Petrus erat caput & totius negotij Director) qui Matthiam cum Ioseph, qui cognominabatur Iustus communi consensu è toto cœtu nominarunt, tanquam præcellentes in fide, virtute, & notitia rerum ad Christum & Ecclesiam Christi spectantium, eosque deinde seorsum statuerunt, quasi Apostolatus candidatos, sive ut idoneos publico testimonio ad tantum officium. Erat autem Ioseph ab insigni iustitia & sanctitate commendatus, ideoque cognominatus Iustus. Multique purant fuisse fratrem S. Jacobi minoris, SS. quoque Simonis & Iudæ, ideoque Christi consanguineum filiumque Alphai & Mariæ, de qua Maria Jacobi & Ioseph Mater, de hoc Ioseph in Martirol. Rom. die 20. Julii sic legitur, Eodem die Na-

Matth. 27.

calis est B. Ioseph qui cognominatus est Iustus, quem Apostoli cum B. Matthia statuerunt, ut locum Apostolatus iudæ proditoris adimpleret: sed cum fors eccidisset super Matthiam, ipse nihilominus prædicationis & sanctitatis officio interveniens, multamque à iudæis persecutionem sustinens, in iudæa victorioso sine quereinde quo etiam refertur quod venenum biberit, & nihil ex hoc iriste ob Domini fidem perulerit. hæc ibi Sanctus Doroteus in Synopsi dicit eum creatum Episcopum Eleutheropoles in Palestina. Ac quæ electio vit ergo ipse humillimè electioni de Matthia factæ se postposito, nec ulla elatus est ambitione, aut emulatione ad contradicendum; quia iustus erat, quia Choro, Dathan & Abiron imitari nolebat, qui ob emulationem & contentionem contra Aarone[m] à Domino electum absorpti sunt. Non absimilem penam patiuntur illi in Tartaro, qui eò quod dignitates affectu non fuerunt, schismata & hæreses in Ecclesia suscitaverunt, de quibus alibi dixi. Interim Dominus hic docuisse videtur, in electione ad officia Ecclesiastica non esse habendam rationem consanguinitatis quandoquidem Ioseph consanguineum suum postpositum voluit Matthiam in electione ad Apostolatam. Simul etiam insinuavit, exemplo Ioseph quemque vocationem suam à Deo debere expectare, & esse contentum: propterea enim Ioseph non est turbatus, dum Matthias sibi prælatum est, nec exinde legnior est effectus in suo munere, aut Evangelicæ prædicatione.

calis est B. Ioseph qui cognominatus est Iustus, quem Apostoli cum B. Matthia statuerunt, ut locum Apostolatus iudæ proditoris adimpleret: sed cum fors eccidisset super Matthiam, ipse nihilominus prædicationis & sanctitatis officio interveniens, multamque à iudæis persecutionem sustinens, in iudæa victorioso sine quereinde quo etiam refertur quod venenum biberit, & nihil ex hoc iriste ob Domini fidem perulerit. hæc ibi Sanctus Doroteus in Synopsi dicit eum creatum Episcopum Eleutheropoles in Palestina. Ac quæ electio vit ergo ipse humillimè electioni de Matthia factæ se postposito, nec ulla elatus est ambitione, aut emulatione ad contradicendum; quia iustus erat, quia Choro, Dathan & Abiron imitari nolebat, qui ob emulationem & contentionem contra Aarone[m] à Domino electum absorpti sunt. Non absimilem penam patiuntur illi in Tartaro, qui eò quod dignitates affectu non fuerunt, schismata & hæreses in Ecclesia suscitaverunt, de quibus alibi dixi. Interim Dominus hic docuisse videtur, in electione ad officia Ecclesiastica non esse habendam rationem consanguinitatis quandoquidem Ioseph consanguineum suum postpositum voluit Matthiam in electione ad Apostolatam. Simul etiam insinuavit, exemplo Ioseph quemque vocationem suam à Deo debere expectare, & esse contentum: propterea enim Ioseph non est turbatus, dum Matthias sibi prælatum est, nec exinde legnior est effectus in suo munere, aut Evangelicæ prædicatione.

Quapropter unicuique insinuandum est illud: Cognoscite iustitias & iustitiam Dei, & sita in sorte propostionis & orationis Altissimi Dei: In parte vobis sancti, cum viris & dantibus confessionem Deo. Monitum certe notatu dignum, quo indicat standum & perseverandum in sorte nobis propostita, in vocatione & statu quem à Deo sortiti sumus. Perseverandum quoque oratione, implorandum divinam gratiam, ut dignè vocatione vivamus, & dirigat nos in omnibus viis nostris, ut partem & sortem sæculi sancti possimus tandem assequi, hoc est futuram gloriam, in cuius parte intus laudando hic Deum cum iustis qui vivunt, & continentiam Deo laudem referunt, in cælis æternam laudatori.

Vterius, quantum ad modum electionis Matthiæ, omnino commendabilis est ex præmissa exhortatione ab eo qui præsidebat Collegio Apostolico, & Congregationi fidelium tanquam Caput, hoc est à S. Petro; de qua mentio fit in Epistola hodierna ex Actis Apostolorum. In qua quidem exhortatione asserit S. Petrus (ex Spiritus S. revelatione aut specialij instinctu) oportere unum eligi & interrogari tamquam testem resurrectionis Christi; sub qua mysteria reliqua, vitæ, prædicationis, passionis comprehendit. Hæc omnia in mysterio resurrectionis quo in scopo & fine suo concluduntur, quandoquidè ideo natus fuerit Christus, ideo passus & mortuus, ut resurgeret, & vitam nobis daret, & resurrectionis spem certissimam. Et quia illud myste-

Modus electionis commendabilis.

mysterium difficillimum erat creditu, ideo inculcari solebat fidelibus per Apostolos, quo persuaso, facili alia credebantur. Talem ergo exhortando vult eligi Petrus, qui consensit fit gestorum Christi, maxime à baptisate Ioannis uique ad Ascensionem, ut possit esse testis omnium illorum, maxime Resurrectionis & Ascensionis. Commendabilis etiam præcipue fuit modus electionis ex præmissa oratione à tota congregatione, dum dicitur: Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii huius & Apostolatus. Poterat Petrus successorem Iudæ Apostolum duodecimum designare, uti docet sanctus Chrysostomus, sed noluit, tum ne videretur dominari in clericis, tum ut initiaret exemplum potestati servandam in electione, tum amorem & pondus electio suffragis totius Collegii Apostolici conciliaret.

2. *Secundo*, commendabilis fuit maxime electio ista ex parte Dei electionem dirigentis. Sortes in hac electione datæ fuerunt, hoc est, ut aliqui interpretantur, suffragia, quæ conlenserunt in Matthiam conformiter: quod videtur indicare illud: *Annueratus est cum duodecim Apostolis*; ubi ex Greco aliqui legunt, *Communibus calculis cooptatus est*. Aut sortes proprie dictæ missæ sunt super Matthiam & Ioseph, ut alii volunt, quia id olim solum factum fuit, ut patet dum Saul creatus est Rex. Dum deprehensus est Acham. Dum divisa est terra promissionis inter tribus. Dum deprehensus est Ionas. Omnia inter ista, sive suffragia, sive sortes fuerunt, pro Matthia à Deo specialiter sunt directæ. Immo ex instinctu spiritus id fecisse Apostolos certum est, non enim tantam rem aleæ committent & sorti, nisi impulsu Dei, qui suam promittebat ostendere hic voluntatem; quam & ipsi oratione explorant, dum dicunt; *Tu Domine ostende quem elegeris, &c.* Quapropter S. Dionysius Ecclesiasticus Hierar. can. 5. p. 3, cum nonnullis gravissimis auctoribus existimavit fortem hic vocari divinum, aliquid signum, electum designans. Sic enim loquitur S. Dionysius qui proximus fuit Apostolorum temporibus: *Videtur mihi scriptura fortem appellasse divini quiddam & præcipuum muneris, per quod ille choro sacratissimo, insinuaretur qui esset divina electione declaratus.* Certe S. Antoninus 1. p. tit. 6. c. 2. censet fuisse radium divinum e celo dimissum in Matthiam.

Quæ, qualisve hæc sortis fuerit.

Electio eius columnæ approbatæ.

Sic S. Gregorius fugiens Pastoralem curam, in iudicio columnæ igneæ agnoscebat, & in templum S. Petri intravit inaugurandus Pontifex. Similiter in ordinatione S. Remigii apparuit radius novi luminis super ejus verticem, quia illuminandum lux parabat animarum, & radio illustrante fenit capiti suo unguenti sacri infusum liquorem, quo totum ejus delibatum est caput, erat autem ipse solum ætatis 22. annorum. Aliis quandoque signis utitur Deus. Vnde S. Fabianus signo columbae divinitus super ipsum appa-

rentis ad Pontificatum electus est. Idem de Pio IV. testantur Annales Italiae.

S. Ioannes Chrysostomus ordinatus est à Falviano Patriarcha, jubente Angelo, & monente eum futurum novum vas electionis. Vnde dum ordinaretur, visa est columba candida ejus capiti insidere, signum Spiritus sancti in eum descendentis.

Cum S. Aignanus designatus foret à sancto Euvecto successor in Episcopatu Aurelianensi, commoio magna fuit in civitate, contententibus nonnullis evehere ad hanc dignitatem illustri familiae viros. Vir sanctus ut hanc successoris designationem in coelis probatam ratamque agnosceret, coëgit concilium. Itaque ordinavit ut nomina eorum pro quibus nonnulli sollicitabant, chartulis inferberentur, sicut & nomen Aignani, celebrataq; Missa mitteretur puer qui aliquam ex schedulis ab altari desumeret, isque cuius nomen scriptum in ea esset, centeretur electus. Quod si eis non sufficeret, aperiretur liber Psalterij, liber Evangeliorum, liber sancti Pauli. Acquieverunt illi, Missa celebrata, deductus est puer adhuc loquelæ nescius ad altare, schedulamque tulit cui nomen Aignani inscriptum erat; eumque tertio Episcopum denominavit hic puer, licet nescius legere, imò nec loqui, illis adhuc tumultuantibus, apertus est liber Psalterij. Primum occurrit: *Beatus quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis.* Apertum est Evangelium, & primo occurrit: *Super hanc terram aedificabo Ecclesiam meam,* Apertus est liber S. Pauli, & primo occurrit: *Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id quod possumus.* Sic modis variis electione coelitus approbat Deus. Vnde non male dixeris Matthiam electum fuisse triplici calculo. Primum, sortis; secundum, signi divini; tertio suffragiis Apostolorum fortem & signum divinum approbantium, & Matthiam in numerum suum cooptantium.

Psalm. 64.

Matth. 16.

1. Cor. 9.

Matthias electus

triplici & signum divinum approbantium,

& Matthiam in numerum suum cooptantium.

3. Ex parte electi.

Tertio, memorabilis & commendabilis fuit electio ex parte electi, qui sine dubio commendatus erat à multiplici virtute, variisque Dei donis; nam hoc etiam nomen ejus indicat, ut diximus. Commendatus ergo fuit ab humilitate & pietate, à zelo & fervore; unde in eum sicut & in Ioseph cognominatum justum, mox oculi omnium coniecti. Hanc autem humilitatem & pietatem, zelum & fervorem, semper fovit & adauxit; Vique potens, fuit in opere & sermone, imitatus Dominum, cum quo fuerat conversatus, tamquam unus ex septuaginta duobus discipulis; post Spiritum S. acceptum; in ludæa prædicavit zelosissimum, ac postmodum in Æthiopiâ penetravit maximo cum fructu, denique pro amore Dei primum lapidatus, deinde decollatus, lauream martyrij est consecutus, ut traditur. Huius reliquias partim tenet Ecclesia Romana, quæ ejus capite gloriatur, partem etiam sibi vendicat Ecclesia Cathedralis Trevrensensis, ubi elogium affiguntur quæ tradit S. Anton. 1. p. tit. 6. c. 2. *Fuit in lege Dominus doctissimus, corpore mundus, animo prudens*

Virtutes electi.



dens in solvendis questionibus sacra Scriptura acutus, in consilio providus in sermone expeditus, multorum sequorum parator, extensis in cœlum manibus martyri spiritum reddidit.

Itaque, quod de Apostolis generaliter tradit S. Chrysostr. Mathiæ optimè congruit in particulari: Hi cum Dei verbi essent ministri, atroriarum incarnationem illum, qui ut Deus figuram non habet. Secuti sunt ambulantes illum qui ubique presens est. Discubuerunt una cum illo qui nullo circumscriptur loco. Ejus vocem audierunt qui verba fecerunt omnia, mundum ipsum lingua quasi sagena quamdam conclusurum. Circumierunt suo cursu fines orbis. Errores ut Germania eradicantur. Aras ut spinas amputantur. Idola ut feras interfecerunt. Demones ut lupos profugarunt. Ecclesiam ut gregem collegerunt. Oribodoxos ut frumentum congregarunt. Hæreses ut paleas profecerunt. Indisimulatum ut fœnum arfecerunt. Iracundiam ut scissuram ut stipulam combusserunt. Humanam naturam crucis quasi aratro exciderunt, verbum Dei ut semen sparserunt. Hæc ille. Sed unde est tanta gratia? an à seipso? an ex propriis meritis? Absit. Confiteor tibi Pater, quam hanc gratiam & sapientiam donasti parvulis, te Pater, quia sic placuit tuis antea.

Quapropter Apostoli idem respondere poterunt quod olim S. Franciscus F. Maffeo. Cum enim Maffeus Francico occurreret de sylva redeunt, ubi in oratione mira sepe et pandebatur mysteria, ut experiretur humilitatem Francisci, dixit ei ter: Vade tibi quid totus mundus venire vult post te, audire te, videre te, obedire tui non es magna scientia aut gratia, aut nobilitatis, aut prudentia. Vade ergo si ut curras post te mundus? Hoc audito stetit in spiritu exhilaratus per aliquod spatium temporis, facie in cœlum erecta, mente in Deum. Deinde genuflexus Deo gratias agens, dicit Maffeo: Ne scire unde hoc mirabit ab illis oculis Altissimi qui contemplantur bonos & malos. Hi oculi non videntur inter peccatores vultorem vel iniquitatem me. Et quis ad officendum mirabile opus suum vultorem non reperit, sicut me elegit, ut ostendat opus esse non hominis, sed Dei, itaque non habeam quo gloriari. Ita Speculum vitæ S. Francisci.

Gratias ergo Tibi reddimus, Domine Iesu, quod Matthiam elegeris parvulum in oculis tuis, & feceris magnum in oculis tuis, quodque dederis eum mundo ad conversionem tot millium animarum, & mediator em effeceris, ut peregrus interventione tua circa nos sentiamus viscera pietatis. O donum pretiosum! O Felix fors, que super eum cecidit ad bonum nostrum & totius Ecclesie, ad gloriamque tuam. In manibus tuis, Domine, sunt fortæ nostræ; tu eas sic tempera in urna providentiæ & sapientiæ tuæ, ut fors felix æternitatis & vitæ æternæ tandem contingat tua benignitate, & te æternum valeamus collaudare vocati in partem sortis Sanctorum in lumine.

Qui ad justitiam eruditioni multos, fulgebunt quasi stella. Eccl. Dan. 12.

Sacra eloquia frequenter Ecclesiam cœlo & firmamento comparant; quod inter opera Dei primarium, variis astris conspicuum est & fulgidum. Solis fulgor, Lunæ pulchritudo, Stellarum constans ordo, mirum ei decorem conferunt & ornatum. Est enim Sol velut oculus mundi, jucunditatis diei, speciei cœli. Luna decor est noctis, mater rois, dominatrix maris, æmulatrix Solis. Stellæ autem sunt velut gemmæ pellucidæ & variegatæ, cœli ornatum perficientes. Sic in Ecclesia, tamquam cœlo spirituali, effulget Sol Christus, cujus ab Oriente in Occidentem omnis passus & cursus nobis fuit proficiuus, spargens lucem & calorem, ut illuminaremur & vivificaremur. Luna est MARIÆ, quæ mari hujus sæculi dominatur, tenebras noctis dispellit, rorem gratiæ parit, & inter omnes creaturas ad Solis lumen, hoc est ad Christi perfectionem propinquius accedit.

Stellæ sunt ceteri Sancti gratiæ & sapientiæ donis promicantes, à Sole lucem mutuantes, mirum variumque decorem Ecclesiæ conferentes, unufquique in gradu & ordine suo. De his rectè illud Baruch intellexit: Stella dederunt lucem in custodia suis (sive in stationibus & locis sibi à Deo designatis quasi in excubiis militariibus) & latere sunt. Vocata sunt, & dixerunt: Adsumus. & luxerunt cum jucunditate qui fecit illas. Promptè enim & alacriter Deo obediunt sancti Viri, lucem circumferendo quocumque iusserit, ad nutum ei serviendo, hoc illuc gyrando, & à mente peccatorum tenebras discutendo.

De his quoque S. Augustinus interpretatur illud: Qui numerat multitudinem Stellarum, & omnes eis nomina vocat. In hunc enim locum sic differat ad nostrum propositum: Quis numerat Deo numerato multitudinem Stellarum? Hoc & homines summa conati videntur, utrum implere poterint. Deo autem non est magnam stellas numerare, cui & capilli numerati sunt. An forte numerum nobilitatis recusat? Manifestum est aliquid velle Deum nos intelligere in eo. Sunt stelle quadam, lumina in Ecclesia consolantia nacti nostram, de quibus, Apostolus: In nationes per-versa in parietis, tamquam luminaria in mundo. Illas stellas numerat Deus. Omnes secum regnatos nominatos habet. Quis indignus est, nec numerabitur. Sicut & aliqui super numerum Animarum veritas nunquamque, utrum luceat in tenebris, utrum sæculi iniquitate tenebris non seducatur: stella enim quam numerat Deus, Et omnia nomina vocat, Ibi totum prædicatum. Habemus nomina quadam, nomina apud Deum: ut noveris Deus nomina nostra, hoc optare debemus, hoc satagere quantum possumus, nec de aliis rebus gaudere: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Hæc ibi S. August. & plura.

7. Martij. Exer. 16. quadrip. De stella & radiis S. Thomæ Pars I. De radio constans & sero-vorum in religio- fiant.

S. Ambro. in Hexamer.

Omnes iusti stelle sunt.

Baruch.

Psal. 146.

Cum